



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Catharina Sveca. 22. Martii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

480) 215. (480)  
**S. CATHARINA  
SVECA.**

21. Martii.

*Plorabitis, & flebitis vos; mun-  
dus autem gaudebit, vos autem  
contristabimini: sed tristitia ve-  
stra vertetur in gaudium.* <sup>Ioan 16.</sup>

**I**nfans CATHARINA respuit impuratum Nutricum ubera, castarum ambiit, Venefis jam in cunis hostis. Puella pupas tractavit; sed, cum pupas induit dæmones verberarent dormientem; etiam has sibi Venefrem jussit habere. Viro Nupta dotem Virginitatem attulit, & Arrham Virginitatem vicissim ab ipso accepit; quæ ut tuta in thalamo etiam dormiret, humili hunc stravit, vilibusque panniculis, licet è Principe familia esset, involvit. Quæ virtus ita cæli Reginam cepit, ut vultu blandissimo CATHARINAM intueri sit visa, at torvis oculis Socrum, quod vestium luxum hac amaret. Interim centonibus CATHARINÆ DEVS purpuræ splendorem non semel addidit. Romæ cum ageret, pudicitiae custodem

dem B. Sebastianum sibi legit, opemq; sa-  
pius ejus præsentem sensit. Gravius nihil  
agressa est vel facere ipsa vel alteri suadere,  
quām Virginem Angeli verbis salutasset. Ca-  
stigavit tamen Mater Magnam clientem su-  
am, cūm præter Brigittæ Matris & virorum  
Religiosorū voluntatem patriam cogitaret.  
Visa est enim sibi CATHARINA inter Mun-  
di laborantis incendia, frustra opem à Vir-  
gine rogare, ni Majorum voluntati pareret,  
& patriam cælo posthaberet. Mortua est  
pridic virginis Annuciatae, cūm plures an-  
nos quotidie animum confessione expiasset.  
Funus Ericus Rex suis humeris extulit. Cæ-  
lum stellam legavit, quæ funus comitare-  
tur. Miraris nobiles funeris curatores?  
Nobiliores anima habuit Angelos.

*Ex Suria.*

### M E D I T A T I O

### *De Paſſione Iesu Christi.*

¶ **C**ontemplare JESUM cruci affixum, vide,  
quid in singulis corporis sui partibus patia-  
tur. Sacrum illius caput spineâ coronâ redimitum  
est; facies livore decolorata; manus ac pedes per-  
forati; totum denique corpus plagiis lacerum, acer-  
bissimis doloribus cruciatur. En JESUM meum!

*par*

par est, me illi similem esse; in hac similitudine posita est felicitas & perfectio mea. Heu! deliciis affluo, dum JESUS satiatur opprobriis! Non decet sub spinis coronato capite membra latere delicata. Bern.

2. Quemadmodum corpus, sic animus Christi acerrimis doloribus cruciabatur; prævidebat enim passionem suam multis hominibus inutilem fore; miserabatur Judæorum excitatem, & supra modum tangebatur tristitia, suspiriis, & lachrimis Matri sue, quæ cum dilecto discipulo juxta crucem stebat. O Luctuosum spectaculum! An siccis oculis Iesum & Mariam intueri possum?

3. Jesus tam ignominiosam, tam crudelem mortem oppetere voluit, ut ab Inferno me liberaret; funditus perieram, nisi mortuus fuisset; tanto favore indignus eram, ego tamen tot beneficiorum immemor, adeò non paratus sum ad fundendum sanguinem meum pro Christo, ut etiam suspirium & lachrimulam ipsi petenti denegem, & nova veteribus addens peccata, eum semper offendam. Agnoscere, quam gravia sint vulnera, pro quibus necesse est, Christum vulnerari. Bern.

## S. OTTO CONE.

23. Martii.

*Gaudeo in passionibus pro vobis,  
Et adimpleo ea, qua desunt pas-  
sionum*